



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Speculu[m] officii misse expositorium**

**Johannes <de Lambsheim>**

**Heidelberg, 1495.06.29**

Alia or[at]i]o vnde supra

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30862**

**Orationes pulcre ac deuote dicende añ misse celebracione et sacra communionem.**

**Q**uoniam conscientia trepida opus deo accedo ad sumendum mysterium corporis et sanguinis tui. de proprijs meritis nihil presumens. sed de tua pietatis misericordia tantum accedens. Carnis mee me retrahit fragilitas sed caritatis mysterij delectat charitas. Recordare creature tue quam redemisti. Peccet me quod peccavi et te ad iram puocaui. et ideo cupio me emendare te tantum adiuuante. Da mihi domine spacium penitendi: quod tantum delinquenti. Et concede ut hec prelibatio corporis et sanguinis tui quam indignus merere et corpore suscipere et tractare debeo. sit omnium peccatorum remissio. cogitationum turpium fugatio. honorumque sensuum reintegratio. operum tibi placentium salubris efficatio. anime et corporis contra diabolicas infestationes fortissima tutio. et contra vitia omnia insuperabile firmamentum.

**Alia oratio**

**D**omine deus clementissime pater da mihi facinoroso et omni scelere nequissimo. peccatis multis polluto. exigentibus etiam culpis ad eternam damnationem iudicato. hodie corpore et sanguine domini nostri iesu christi filij tui sic sumere te largiente. ut per hec merear veniam omnium peccatorum meorum suscipere et spiritu tuo sancto repleri. et ab eo custodiri ab omni malo. et in omni bono erudiri. quia tu es deus verus et summus. Amen.

**Alia oratio vnde supra**

**D**eus qui de indignis facis dignos. de peccatoribus iustos. de immundis mundos. Munda cor meum ab omni cogitatione immunda et sordide peccati. et fac me dignum sanctis altaribus

32.  
nibus ministrum. et accede precibus ut in hoc altari ad quod indignus accedo hostias acceptabiles offeram pietati tue pro peccatis et offensionibus et meis innumeris quotidianis excessibus. et pro omnibus circumstantibus omnibusque mihi consanguinitate ac familiaritate coniunctis. et pro omnibus christianis uiuis atque defunctis. Et per eum sit tibi meum sacrificium acceptabile quod se deo patri obtulit in sacrificium iesus christus filius tuus dominus noster. qui tecum uiuit et regnat in unitate spiritus sancti deus. per omnia.

**Alia oratio**

**O**mnipotens et misericors deus. ecce ego indignus peccator accedo ad sacramentum corporis et sanguinis filij tui unigeniti domini nostri iesu christi. Accedo inquam infirmus ad medicum uite. immunus ad fontem misericordie. cecus ad lumen ueritatis eterne. nudus ad regem glorie. Rogo ergo immense charitatis tue abundantiam. quatenus meam digneris sanare infirmitatem. lauare fedtatem. illuminare cecitatem. ditare paupertatem. uelire nuditatem ut ipsum panem angelorum regem regum et dominum dominantium. tanta reuerentia. tali timore honore et amore. tanta fide puritate et deuotione. necnon tali proposito et humilitate suscipere merear sicut decet imperiosi et magnifici nominis tui. et expediat saluti anime mee. Accende domine in me charitatem tuam. vitia extingue. uirtutes infunde. gratias adauge salutem mentis et corporis mihi tribue. Inclina celos tuos domine et descende ad me. ut tibi coniunctus et unitus tecum pater unus efficiar spiritus. O pie pater concede mihi ut dulcissimum filium tuum quem nunc uelatum accedentibus suscipio reuelata tandem facie merear contemplanti.

**Alia oratio vnde supra**

**Q**uoniam piissime iesu fons misericordie. te toto corde et ore confiteor. te totis uiribus concupisco. Dignare

queso hodie infirmā animā meā te salutāre vīctimā et fontē oīm gratiarū recipere cupientē tā clemēter et gratiose inuisere vt medelā in corpe ⁊ aīa tua ex p̄sentia gaudeam inuenisse. Ne respicias dñe inīqtates et negligēcias meas pluri mas sed ad tuas miseratiōes infinitas. Tu nāq; es p̄ quē orbis terre est creat⁹ et sanat⁹. Tu es ille agnus imaculatus q̄ p̄ totius mundi redemptiōe p̄f̄ eterno mactaris. O māna dulcissimū. o nectar suauissimū cōfer ori meo tue salutaris p̄ntie mellifluū gustū. accende in me charitatē dei et p̄ximi mei. O venerabile sacramentū. p̄ te q̄so oēs inīmicī mei repellantur. peccata dimittant. et oīa mala p̄ tuā p̄sentia excludant. Bonū p̄positū tribue. mores corripe. et oēs actus meos in tuā volūtatē dispone. Intellect⁹ meus huic nouo lumine illustret. affect⁹ inflāmetur. et vita mea in melius emendetur et tandē cōferat⁹ exitus beatus.

### Alia oratio

**O** mnes sensus mei cūrrite. et dilecto hospiti occurrite. hospitūz prebete. tantoq; dulci hospiti: iesu p̄henni p̄ncipi. cū amore dicite. Desiderate milies. mi iesu nūc aduenies. tua carne et sanguine me saties et tecū cenare facies. O vos summi p̄ncipes iesum adducite mei cordis hospiciū possidere facite. p̄ amoris suspiriū sedē sibi in me p̄parare. et ibi eū frequētare. Iesu bone cito veni corda nostra gratia tua sint plena. vt ibi dulciter possis q̄scere salubriter cōmorare in hac vita. vt postea regnemus tecū p̄ secula oīa ī eterna vita. amē.

### Sacerdos sacrificaturus dñi vestes exiit dicat.

**A** xue me dñe veterē hoīez eū actibus suis et indue me nouū hominē qui s̄m deū creatus est in iusticia sanctitate et veritate

### Lauādo manus oret dicēs

**L** argire sensib; meis op̄s de⁹ vt sicut exterius abluuntur inquinamēta manūū mearū. ita a te interiorius mundentur pollutōes mentiū et crescāt in oīs sanctarū augmēta virtutū. **Alia** Intus et exteri⁹ caput corpus et mēte meū tuus emūdet dñe spūs almus.

### Tergēdo manus dicat

**O** dñe virtutē manib; meis ad abstergendā omnē malitiā. vt valeā puro corde et corpe tibi deo oīpotenti seruire.

### Induēs hūerale legat

**H**umeros meos et pectus meū spū sancti gratia p̄tege dñe. reneſq; meos viciūz oībus expulsis p̄cinge ad sacrificandū deo viuētī in secula seculozum. Amen.

### Ad albam oratio

**A** estimento salutis indue me dñez circūda me lorica tue fortitudis et spūali intellcū ad supandas oīm inīmē cor; meorū insidias visibiliū ⁊ inuisibiliū

### Ad zonam oratio

**P** recinge me dñe zona iusticie ⁊ cōstringe me in dilectiōe dei et p̄ximī mei in virtute castitatis et pudicie.

### Ad manipulum

**T** olā innocentie pone super manū meā dñe et appone iusticiā p̄ iniquitate mea.

### Ad stolam oratio

**S** tola iusticie circūda dñe cernicē meā et ab oī pollutōe peccati purifica mentē meā. quia tu dixisti. Iugum eū s̄p̄are est et p̄nus in lege.